

Johann Huswedel

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Huswedelius, Phil.
pr. Prof. Ad Exequias ... Viro Dn. Joachimo Nese, Ab Vidua moestissima hodie ...
paratas, invitat omnes Academiae Cives officiose**

Rostochi[i]: Kilius, 1648 [i.e. 1638]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770496164>

Druck Freier  Zugang




Huswedel, J.,

in

J. N e s e .

Rostock, 1638.

28.



PROGRAMMA

Quo

Rektor Universitatis Rostochiensis

JOHANNES HUSVVE-
DELIUS, Phil. pr. Prof.

AD EXEQUIAS

AMPLISSIMO VIRO

Dn. JOACHIMO
NESE,

Ab vidua mœstissima hodie in Templo S. Mariano

*ad horam med: primam paratas, invitat omnes
Academia Civēs officiosè*



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typ.

Anno œ 19 CXXXIIXX.

PROGRAMMA

Quo

Rektor Universitatis Rostodensis

JOHANNES HILFVE-

DELLIS, Phil. Dr. P. R. O. K.

et D. E. X. E. Q. U. I. A. S.

AMPLISSIMO VIRO

Dr. JOACHIMO

NESE

Ab oratione magistri hodie in P. templo Martiano


habita. in mens. prima. partem. tractat. contra
Mendaciam. et. Cleri. officium.



Rostochi

Typis Nicolai Kriegeri, Typ.

Anno 1772



Rimus, ut video, officij mei labor
 impendendus est, Viro Amplissimo
 Prudentissimo & integerrimo Dn.
 JOACHIMONESE, Senatori gravissimo
 Reipubl. Rostochiensis, cujus offi-
 cij honore non nisi unico biennio sive oneratus
 est; sive usus. Utinam Deo Opt. Max.
 Rerumpubli. supremo præsidi, sive, ut à quodam
 Græculo dicitur, *Βυλαίω* ita visum fuisset, Vir
 Nestoris Prudentiâ In juvenili ætate æmulatus,
 dignus fuisset, humano ut more loquamur, qui
 Nestoris annos attigisset, non tam familiæ,
 quam sanctè administrabat, quàm Reipubl.
 causa, cui se consecraverat, quæq; se fidei ejus
 commiserat. Sed ut aliquanto propius vir-
 tutes hujus viri consideremus, videntur Na-
 tura & Fortuna conspirasse in tam elegans *ἀριστέ-
 λισμα*, quod ornatum erat non Fortunæ solum,
 donis, verum etiam Naturæ. Natus enim est
 Gustrovij, in urbe quam Illustris. ac Celsis.
 Principis domicilium & aula magnifica
 exornat. Natus est Anno, qui nobis imo toti
 Germaniæ, imo Europæ notissimos Viros ab-
 stu-

Stulit: quorum prior Tycho Brahe eques Da-
nus, astrorū vera scientia, quā in hac Academia
discere ceperat, & observationibus longo tem-
pore in sua Uranopoli, & magno sumtu factis
omnium concordibus suffragiis, principis A-
stronomorum nomen promeritus, qui Cherfo-
neso Cimbrica relicta, cum in Germaniam pro-
ximam se receperisset, in aula Rodolphi Caesaris
aliquandiu floruit cum WILHELMO HESSO,
qui in eadem scientia excelebat, arcta studio-
rum necessitudine conjunctus, & Praga hoc an-
no decessit, cum vitæ annos 54. menses 9. dies
19 tantum exegisset. Vir & scriptis & se edi-
tis, secundum Ptolemaum, Joh. Regiomonta-
nium, Nicol. Copernicum in primis clarus & post
à JACOBO KEPLERO, cui præclaras ingenij sui
reliquias, ne perirent, quasi testamento legavit,
publicatis illustrior. Præcesserat cum DAVID
CHYTRÆUS flos Academiae nostræ, ἀγλαΐσμα,
splendor, Theologorum λήθημα, qui multorum
virorum, quantum in ipso fuit, memoriam ab
oblivione afferuit, dignus cujus memoria nun-
quam intermoriatur. Deniq; natus est ex pa-
rentibus pijs, honestis & fortunatis, patre JOAN-
NE NESEN, Cive & Mercatore apud Gaffrovi-
enses primario, matre ANNA GERSTENBERGES,
matrona singularis exempli pia & honesta.

Un.

25
Unde factum ut per lavacrum regenerationis
renatus, à primis pueritiæ annis ad studia libera-
lia adplicaretur. Puerum studiis ingenue aptis-
simum Præceptores & Magistri fideles ita sine-
runt, formarunt, ac præpararunt, ut post jacta
fundamenta literarum humaniorum & artium
liberalium, dignus & idoneus videretur qui
scholis majoribus commendari posset. Cele-
briores ergo Academiæ Germaniæ Lipsiensem,
Jenensem, Rostochiensem, Marpurgensem,
& Argenteratensem non saltem vidit, verum
ut inquilinus, totis tredecim annis perlustravit,
& ex earum quasi meratu sibi thesaurum eru-
ditionis, pietatis, & civilis prudentiæ com-
paravit. Eum ut augeter ex Germania in Ita-
liam concessit, non solum oculos ut pasceret, ac
sua curiositati satisfaceret, verum ut cultissima
gentis mores, linguam disceret, ac prudentiam,
sibi compararet, quæ experiundo acquiritur, to-
tam enim fere peragravit. Non tamen om-
nia sibi acquisita putabat, nisi post Ita-
liam adiret quoq; Galliam & Angliam, & quod
ex usu sibi futurum sciret, peregrinando quæ-
ret, in veniret, adservaret. Qui enim lingua-
rum saltem gnarus, non exiguum operæ præci-
um videtur fecisse, quid si vitæ ac morum imò
Politiciæ scientiæ atq; experienciæ accedat co-

gnitio, quantum putamus eum thesaurum
futurum? Ab ea peregrinatione domum re-
versus Anno millesimo sexcentesimo vigesimo
secundo Mense Decembri matrimonio sibi jun-
xit lectissimam pudicissimamq; Virginem AN-
NAM, Clarissimi & Consultissimi Viri Dn. JO-
HANNIS SIBRANDI, J. U. D. & Syndici filiam, nunc
moestissimam viduam, quæ ei filiam ANNAM,
filios JOHANNEM & ALEXANDRUM edi-
dit, jam ante patrem fato suo functos: Quod
si diuturnior ei vita contingere potuisset, quar-
tum quoq; fatum, proh dolor, posthumum
futurum, ea enim spes est, non sine paterna læ-
titia loco defunctorum vidisset. Quod ergo
patria illustri, quod anno insigni, quod paren-
tibus fortunatis & honestis natus est, haud ab-
surdè tribuamus fortunæ. Quod vero animi
cultum domi & foris secutus & consecutus est,
non jam fortunæ, sed naturæ, imo Deo, & post
Deum privatæ virtuti inputandum. Matrimo-
nium nactus est quidem ex animi sententia piū,
tranquillum, fortunatum, sed parum diutur-
num, Cujus rei non nisi Deum ipsum autorem
dare possumus. Peregrinatio vero tam diutur-
na, tam sumtuosa, ut credibile est, cui rei? cui bo-
no? nonne domi satius delitescere potuisset, o-
tio indulgere, animo obsequi? Sanè si multorum
exeme


262
exemplum sequi voluisset ita fecisset: Verum
imitari maluit veteres illos Argonautas qui vi-
debant virtutem & honorem *Phasidos inripa-
stantes, iuvenemq, vocantes.* Reversus ergo do-
mum & in hanc nostram civitatem receptus
diu latere non potuit. Senatus quippe arbiter,
faciendum putavit, ut Vir, quam libet non ma-
gno natu, contra quam ille Anacreonticus *Ἰαίχου
ῥεῖσιον Φεισίδος δε γέγονε* in ordinem Amplissimum le-
retur; id ante biennium factum est. Sed quam
virtutis cursus celerior fuit hactenus, quam an-
norum & ætatis: ita mortis adventus, vel impe-
tus nimis quam inexpectatus evenit. Quod e-
nim ab hac natura, fortuna, ingenio & virtute
expectari non potuisset, hisce præsertim tem-
poribus adeo turbatis? Verum ea conditio est
hominum ingenia ad virtutem extra ordinem
apta, diuturnare in his terris fata non sunt.
Etenim Prid. Eid. Octobr. cum interfuisset
concioni post meridiem, male habere cepit ac
sensit, maligna febris, Medicorum curam omne
respuente, correptus. Ea non parum celeres pro-
gressus habuit, ita quidem, ut quarto die post,
circa mediam octavam, cum pridie coelesti via-
tico instructus esset, ex hac civitate in coelestem
pis migraret. Quam acerba vidua adhuc juve-
ni

si hæc *dixolopia* evenerit, facile colliget, qui non
nihil intelligit. Maritum amittere dolorem ad-
fert, pium & placidū amittere dolorem non ad-
ferat? honoratū deniq; & posthumo partu ga-
visurū, si vixisset, amittere, quo animo accipiet
mulier natura mitis & annis, Igitur precamur
ei diuinitūs efficacem S. Spiritus consolationē,
qua sic roboretur & muniatur, ut omnem subiti
& vehementis doloris in petuū sustinere, supe-
rare & cōcoquere possit. Quæ jam, Cives Acade-
mici, nostræ partes erunt! Hæ nimirum ut viro
tam eximio, tam honesto, tam honorato exe-
quias, quantum frequentia nostra possumus, or-
nemus. Petit a vobis magistratus, cui obedientiā
in licitis & honestis, non verbo tantum promi-
sistis, verum dextra quoq; stipulati estis, imo &
lingua jurastis: neq; n. suspicor de quoquā men-
te injuratā esse, lingua rem honestā jurato pro-
mittente. Venietis igitur frequentes ad hæc exe-
quias, dicta hora med: prima in templ, S. Mariæ,
& animi vestri promptitudinem, in faciendo rem
licitam & honestam Deo omnia videnti, magi-
stratui invitanti, & civitati tanquam ad perhi-
bendum testimonium vocatæ, commendabitis.

Rostochij P.P. sub Sigillo Rectoratus

Anno M DC XXXIX. die XX.

Octobris.



exemplum sequi voluisset ita fecisset
imitari maluit veteres illos Argona
debant virtutem & honorem Ph
stantes, iuvenemq, vocantes. Rever
mum & in hanc nostram civitate
diu latere non potuit. Senatus qui
faciendum putavit, ut Vir, quam lib
gno natu, contra quam ille Anacreo
real *ἄνθρωπος δε γέρον* in ordinem Amp
retur, id ante biennium factum est.
virtutis cursus celerior fuit hactenu
norum & ætatis: ita mortis adventu
tus nimis quam inexpectatus even
nim ab hac natura, fortuna, ingenio
expectari non potuisset, hisce præ
poribus adeo turbatis? Verum ea
hominum ingenia ad virtutem extr
apta, diuturnare in his terris fata
Etenim Prid, Eid, Octobr, cum
concioni post meridiem, male hab
sensit, maligna febrī, Medicorum c
respiciente, correptus, Ea non parum
gressus habuit, ita quidem, ut qua
circa mediam octavam, cum pridie
ticio instructus esset, ex hac civitate
pie migraret. Quam acerba vidua

aido 80

